



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Quid Exordium απο καιρου.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

inimicitiarum causa (viri Athenienses) que mihi nullæ vnquam cum Peticle intercesserunt, sed ex benevolentia abundantia huius author sum consilij, ne quid illi, cum homo sit, Deorum ira contingat.

Est quoque *ἡ ἀπολαύσις* exordium, cum Iudicium in aduersarios utpote improbos odium, & corroboratam omnium de eorum scelere suspicionem commemoramus.

*Demost. in Midiam.* *ἡ ἀνδρῶν ἀδικασίαι, ἡ τῶν ἑσπερῶν, ἡ πρὸς ἀπαντας ἀδικήματα μέδιστος, οὐδὲν αὐτῶν ἡμῶν, οὐτε τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοῶν οἶμαι.* Quanta sit Midia, non modo petulantia (Iudices) & aduersus omne genus hominum contumelia, neminem, neque vestrum, neque aliorum ciuium ignorare arbitror.

*Quid exordium ἀπο χαρῆς.*

*Exordium ab occasione.* **E**Xordium ἀπο χαρῆς fit, cum ab insigni aliquo euentu, & commemorabili occasione, ansam arripit orator, ut illud, quod intendit, validius perficiat. Tale est exemplum. Citantur rei impietatis, qui intra pomerium contra religionem, ararunt, & sementem fecerunt. Nascitur sub manu illustris occasio, cum enim plurimum in colenda terra defudassent, nihil omnino frugum retulerunt, ab hoc euentu orator sic ducit exordium (Damnatos impietatis reos, vel Deorum immortalium sententiis ex eo satis (opinor) agnoscitis, quod cum in arando pomerio multum laboris cepissent, nihil inde frugum mesuerunt.)

*Pomerium sacrum.* *Arare intra pomerium.* Item, qui de patria erant eiecti: in iuxta eius limites urbem condiderunt. Mox deflagrante bello ciuili patria, in pristinam ciuitatem admissi, strenuam operam nauarunt, eamque afferuerunt in libertatem. Tunc de eorum reditu deliberatur. Sic exorditur orator: (Reuocandi ne sint in patriam, quos extrema huius urbis calamitas, ad nostram omnium salutem reduxit, nos opinione duntaxat, quærimus, ne ipsa vero iam confecimus.)

*Quid exordium ex abundantia? contra incidentibus, acolutio, &c.*

**E**Xordium in περιουσία ex abundantia fit, cum abundantia causa nonnulla nos omittere dicimus, ut

Phya mulier pro Minerua ornata, & insigni curru vesta Athenas ingreditur, Mineruam se dicitans, Pisistratumque, quem illi eiecerunt commendans. Quo facto populo adhuc rudis os subleuit, & tyrannum, a quo subornata fuerat, reduxit. Inde accusatur, ita incipit accusator.

Possent equidem audacem mulierculam, ut in Mineruæ nomen, quam peculiari religione, hæc ciuitas semper coluit iniuriam, accessere impietatis. Sed omisso hoc sacrilegio, Deorumque vltioni permisso, a quibus solis recte vindicari potest: quæ contra huius populi maiestatem admisit, commemorabo.

Exordium *ἡ ἀντιπίπτων* apud Apolliniam Rhetorem, fit *ἡ ἀντιθέσις τῶν ἡδὲ τῶ ἀντιθέσις, ἡ ἀντιπρότων.* cum per Antithesin res nostræ cum aduersariorum rebus, aut factis comparantur.

Exordium *ἡ ἀκολούθησις* sumitur ex ante dictis, aut factis, quibus congrua dispositione subiungitur. Ad id accedit exordium ex hypothese, quod fit ex suppositione aliqua, quæ antea præcessit, in *ἡ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς* dicitur, quoties per *παρηγορίαν*, seu apertam, & generosam dicendi libertatem ducitur principium.

*Quid exordium ex subdiuisione?*

**E**Xordium ex subdiuisione fit, cum non vnum duntaxat, sed multa inferuntur, quæ in suas partes distribuuntur. Idem plane videtur cum eo, quod superius ramos a Lycimnio appellatum demonstrauimus. Tale est illud exemplum: Deest or aliquis, & impurus, meretricibus, quas alebat, Musarum imposuit nomina. Accusatur non modo impunitatis, sed & impietatis hoc modo:

Si Mangonis impudicia communes sibi franos, & modum aliquem imposuisset, minus quidem dolendum foret: Nunc autem cum ad singularem nequitiam, etiam violata religio accesserit, duobus criminibus tenetur, quorum vnum est impudicia, alterum impietatis, &c.

Item Demades orator, querenti Philippo quales essent Athenæ, eas illi descripsit in mensa, inde citatur reus.

*Καθὰ τὸν αἶνον μὲν βίον, ὡς ἀνδρῶν Ἀθηναίων, τὸν προσόντα Δημόδημον, τὴν πόσιν δὲ δόσαν ἀξίον ἢ κολάσαι τι τὸν, οὐχ ἡνίκα δὲ καὶ τὰ τῶν αὐτῶ γεγενημένα, ἢ ὡς ἀσχημικὰ ἔζημία περιήφιτῃ πόλει.*

Hb

Antea

*Abundantia exemplum. Phya.*

*Exordium ἀντιπρότων.*

*ἡ ἀκολούθησις, ἡ ὑποθεσις.*

*Subdiuisionis exemplum.*